MATERIALIEN.

I.

Brandenburger Beichte, Vaterunser und Engelgruss.

(Aus einer Handschrift der Bibliothek der Ritter-Akademie. vgl. Einl: S. 16.)

Speculum consciencie Laycorum.

Ik bekenne deme almechtigen gote, der zuczen (sic) Juncvrowen marien, allen heylygen vnn vch, prester, alle myne sunde, dy yk hebbe gedan weder got, weder my seluen vnn weder mynen negesten met deme herthen, met den munde[1]) vnn met den werken, met bosen vorsathe, met boser menunge, met vnwyssenheyt, met vorgethenheit vnn met egenner bosheyt. Sequitur de negligencie (cia). Ik geue my schuldych, dat yk hebbe vorsumet tu bewaren myn herthe van bosen gedanken vnn van boser begerunge vnn hebbe nycht bewart mynen mud[1]) van vnnutten, schentlyken, spotlyken, scheltlyken, torntlyken worden. Ok hebbe yk achtherkoset oder lyfkoset[2]) mynen negesten. Dy tyt hebbe yk boslyken vortert,[3]) wenne[9]) yk hebbe vorsumet myn ghebet, dy lere myner selicheyt, vnn tu buweynen[4]) myne sunde. Ok hebbe yk vorsumet vele gude werk, sunderlyken dy werk der barmehertycheit vnn hebbe nycht ghemerket dat ende myner werk. Sequitur de concupiscencia. Ik geue my schuldych, dat yk hebbe gesundiget met boser begerunge; wen[9]) yn wollustycheit mynes lyues hebbe yk begert wol smeckende spyse, linde vnn wollustighe[5]) kleder vnn vntuchtyghe werk. Ok yn vorwyczicheit[6]) hebbe yk begert tu wethen heymelyke, vnnutthe dynk, vnn tu syn schone werlyke dynk vnn tu hebben selczen[7]) dynk. Ok yn ytylcheit hebbe yk begert van den luden gunst,

---

[1]) Die Hdschr. gibt das eine Mal „mund," das andere Mal „mud." — [2]) lyfkoset, zu Lieb reden, schmeicheln. — [3]) vortert, verzehrt. — [4]) buweynen, bukorunge haben ein aus den Wörterbüchern nicht erklärbares bu statt be, vgl. gebundit (gebenedeit) im Mariengruss. — [5]) wollustighe, reizend. — [6]) vorwyczicheit (Fürwitz), lip (Leib), secczen (setzen) u. a. hochdeutsche Formen, die dem Schreiber mitunterliefen, wie in deutchen Urkd. des XV. Jahrhd. eine Mischung des Hoch- und Niederdeutschen fast das regelmässige ist. — [7]) selczen, (seltsâni), kostbar, wie seltene Dinge sind.

lof vnn ere; vnn dat yk desse begerunge muchte dervullen,[8]) so rucht[10]) yk nycht tu dun weder dy gebot gotis. Sequitur de nequicia. Ik geue my schuldych, dat yk hebbe gesundiget van egenner bosheyt; wenne[9]) met vorsathe vnn met bedachthen mude, van hoffart, nyt vnn hat hebbe yk gestanden thu benemen mynen negesten syn gut, lip[6]) vnn ere vnn syle. Met den sunden geue yk my schuldych aller sunde, wy, wu, wenne[9]) ader wy dikke yk sy begangen hebbe, vnn wu sy got an my derkent,[5]) alzo ruwen sy my vnn synt my leyt vnn bydde yu, Prester, dat gy my vmme sy eyne gnedighe bute secczen[6]) vnn byddet got vor my sunder. Amen.

Speculum consciencie Klericorum.

Confiteor omnipotenti deo, beate virgini marie, omnibus sanctis et vobis patri, quod peccaui contra deum, me ipsum et proximum meum negligencia, concupiscencia et propria nequicia. Sequitur de peccatis negligencie. peccaui quidem negligencia, quia cor meum a uanis et malis cogitacionibus et delectacionibus et affeccionibus non custodiui. Tempus invtiliter experdi et finem operum meorum non preconsideraui. Item negligens fuy in oracione, quam dixi coepte (?inepte) sine attencione et deuocione. Item in operis boni execucione et graciarum accione pro beneficiis dei. Eciam pro peccatis meis iam perpetratis non dolui. Temptamenta dyabolica cito a me non repuli et in bonis operibus, quantum potuissem, non profeci. Sequitur de peccatis concupiscencie. peccaui concupiscencia, quia voluptuose concupivi cibaria saporosa, vestimenta deliciosa et opera luxuriosa. Item curiose concupiui scire oculta, videre pulchra et habere rara. Item vane concupiui ab homine favorem, laudem et honorem. Sequitur de peccatis nequicie. peccaui nequicia, quia maliciose ex proposito in superbia, ira vel invidia mea laboraui, ut perficerem opere, quod cogitaui corde, licet scirem, quod esset contra deum: de hiis peccatis et omnibus, sicud ea in me noscit deus, doleo et peto a vobis asolucionem propter deum. etc. Explicit.

vader unse, dy du bist in den hemelen, gheheylyget werde dyn name, thukomen sy[11]) dyn ryke, dyn wylle dy werde alzo yn den hemel vnn in der erde, vnsse tegelysche brot gef vns huten, vnn vorgef vns vnser schult, alzo ok wy vorgeuen vnssen schuldegern, vnn nycht uns invure[12]) yn bukorunge,[4]) sunder irlose vns van ouel. amen.

Gegrutet sistu, maria vul gnade, der here met dy, ghebundit[4]) bistu yn den vrowen, vnn gebundit[4]) ist dy vrucht dynes lyues ihesus christus. amen.

---

[8]) dervullen, derkent haben der statt er, was im XIV. und XV. Jahrhd. öfter vorkommt als im XII. und XIII. Jahrhd. — [9]) wenne, wen, (wan), weil, denn. — [10]) ruchen, (ruochen) sich kümmern, Rücksicht nehmen. — [11]) thukomen sy; hier „ich bin“ mit dem Jnfin., sonst häufiger mit dem Participium. — [12]) nycht invure, doppelte Negation. — Dankbar erwähne ich, dass Hr. Prof. Dr. Müllenhoff in Berlin meine Abschrift durchgesehen und dabei sehr lehrreiches mitgetheilt hat. Und mein gelehrter Freund Hr. Dr. Jaenicke in Wriezen gab mir in reicher Fülle sprachliche Bemerkungen, die ich des Raumes wegen nur theilweis benutzen durfte.

II.
Visitatio cleri.

(Ex codice msc. bibliothecae regiae Berolinensis, theol: lat: Fol: 213.[1])

Visitacio cleri facta per me Stephanum anno domini M°CCCC°XVII°, tunc vicarium domini Johannis Brandeburgensis episcopi.

Honorabiles domini, sicut citati estis in hunc locum et in hanc horam ad recipiendum a me tamquam a vicario domini Brand: visitacionis officium: ita pro actu visitacionis expediendo primum restat videre, quid sit visitatoris officium. Secundo pro eiusdem officii visitacionis continuacione exhortacio et correccio quedam brevis subsequatur. Tercio cuiuslibet beneficiati singularis examinacio, qualiter se in ordine et officio suo regat et habeat, annectatur. Quarto et ultimo cum graciarum accione, quam presentibus et obedientibus domino Brand: et michi referam, divinus ordo a vobis hoc anno observandus propaletur, ut sic quaternarius numerus[2] . . . . . a me quamvis indigno saltem ad hoc recommandetur et tali quadriga actus huius visitacionis compleatur. I. Quantum ad primum dico, quod visitatoris officium est querere non que sua sunt, sed que Jhesu Christi, ymmo predicacioni et exhortacioni, correccioni et reformacioni, per salubria monita nunc levia, nunc aspera iuxta datam sibi a deo scienciam diligenter intendere, ut fructum referat, qui non perit. I ad Cor: XIV. Luc: X. Mt: VI. Jo: XV.[3] II. Quantum ad secundum dico, quod quamquam in multis circa clerum huius nostre dioecesis heu reformacioni opus esset, tamen inter cetera, que iam fere per duos annos, quibus officio vicarii prefui, consideravi reprehensibilia valde ista, que infra dicenda sunt, que tamquam magis periculosa, magis correccioni et reformacioni indigent. Nam ubi maius periculum intenditur, ibi procul dubio caucius est consulendum.[4] Primo namque multi negligentes sunt in execucionibus mandatorum prelatorum suorum, qui nec habent sigilla, ut debite sigillare possunt mandata, et si habent sigilla, non subscribunt de die execucionis, cum tamen sic frequenter consueverunt recipere in mandatis. Ex quo oriuntur multe inconveniencie: fiunt dubia iudici, dampna parti, et datur occasio committendi fraudem nuncciis[5] . . . . . quia cum nunccii

[1]) In dem Geh: Staats-Archiv zu Berlin befindet sich eine Abschrift dieses Visitationsberichts, deren Vergleichung mir durch die Güte des Geh. Archiv-Raths Herrn Dr. Friedlaender ermöglicht wurde. Von einzelnen Fehlern und Auslassungen abgesehen ist diese Copie besonders deshalb nicht unmittelbar zu benutzen, weil die Citate aus den kanonischen und römischen Rechtsquellen nicht aufgesucht worden sind. Ohne diese viel Zeit und Geduld fordernde Arbeit kann aber der Zusammenhang im Ms. oftmals nicht festgestellt werden, da die allegierten Stellen leicht mit dem Texte selbst vermischt werden bei der bekannten mittelalterlichen Citationsweise. In unserm Abdruck sind die Citate von dem Texte getrennt worden und in die jetzt übliche Form übertragen mit möglichster Abkürzung, daher C. = Causa; D. = Distinctio; X. = Decr: Greg:; VI. = liber Sextus; Cl: = in Clementinis; Inst: = Institutiones, Cod: = Codex Iustiniani. — Die Schreibfehler des Ms., nicht aber die grammatischen Licenzen sind verbessert. Des Raumes wegen mussten einige für das Verständniss des Ganzen nicht durchaus nothwendige Stellen unterdrückt werden.

[2]) Hier folgt in der Hdschr. eine biblische Ausführung über die Vierzahl. vgl. Einl: S. 10. — [3]) c. 12. C. X. qu. 1; c. 1. D. XLIII; c. 9. D. XLV; c. 1. in VI°. 3, 20. — [4]) c. 2. D. XLII; c. 3 in VI°. 1, 6. — [5]) Hier ist in der Abschrift die längere Stelle gestrichen worden, die von den für den Richter und die eine Partei entstehenden Schwierigkeiten handelt und nichts eigentümliches enthält. —

sciunt ipsos plebanos non habere propria sigilla, sed apponere modicum de cera vel sigillare denario, ipsi recepto sallario copioso absentant se per tantum tempus, quantum potuissent ivisse et rediisse. Et sic per se apponunt de cera et tunc callide redeunt ad actorem cum Gabaonitis, de quibus Josue c. IX., calceos portantes attritos et aspersos pulvere, panes ob viaticum duros habentes et in frusta comminutos, faciebus comparent pleni sudoribus et ligwam ad modum rabidi canis pretendentes, sic se fatigatos ex itinere simulant, conquerentes quoque nimis modicum de precio pro tantis miliaribus se recepisse. Ecce quod propter istorum negligenciam illuditur iudici, iuri et parti. Domini venerandi, isti, qui sic non habent sigilla, credo, nec habent statuta synodalia, que si haberent et non servarent, inutiliter haberent, unde parinde est ac si non haberent, quia vel et inutile equipollent[6]) vel forte nunquam perlegunt. Et sic pretendunt ignoranciam, que cum crassa et supina est, nunquam eos excusat.[7]) Unde tales pro tam multiplici delicto multiplici pena puniendi sunt et ad minus in quinque marcis secundum statuta synodalia,[8]) vel si allegant Odardum,[9]) luant in corpore . . . . Unde improperando ipsis et in confusionem talium dicam cis illud Jeremie XVII: duplici contricione contere eos, domne deus noster. — Secundo multi sunt et fuerunt negligentes per tempora, quibus ego officio vicarii prefui, in solucione procuracionis et caritatis subsidii.[10]) Quos si propter hoc excommunicavi et excommunicatis denunciare mandavi, ipsi tamen nichilominus nec satisfecerunt nec huiusmodi excommunicacionis sentencias curaverunt celebrando in ipsis et divinis officiis se ut prius ingerendo: contra quos ego diversis curis secularibus, quibus contra voluntatem meam involvor, prepeditus ulterius non processi, vel quia processus perdidi vel quia ex causa premissa tradidi oblivioni. Et ipsi clauserunt oculos, ne viderent telum et more aspidis turde obturaverunt aures suas, Pharaonis imitantes duriciam, huiusmodi sentencias meas et moniciones ejata obstinacione et obstinata elacione despexerunt.[11]) Isti, qui non solvunt procuracionem domino et alia iura prelatis debita, forte nolunt scire, quod cum Juda loculos habent et furantur ea, que prelatis debentur, quos utique loco dei supra capita posuerunt.[12]) Unde merito maledicciones Jude in ps. CVIII.[13]) positas super se inducunt et precipue illam: Et episcopatum eius accipiet alter. Et valde illam: et diripient alieni labores eius. Nam non immerito contingit ipsis plerisque, de quo non dubito, ut qui nolunt prelatis solvere iura eorum, que ipsi debent, nec ipsis a sibi subditis solvuntur iura ipsis debita. Unde defraudantur in oblacionibus, decimis, primiciis, funeralibus, testamentis, legatis et multis aliis: et congrue, quia secundum iura puniri debet quis in eo, in quo deliquit.[14]) Quid ergo faciendum, domini? Certe, reddite que

[6]) c. 2. X. 1, 7. — [7]) reg. iur. in VI°. 5. — [8]) vgl. Einl: S. 19. Anm: 27. — [9]) Odardus, wol ein mittelalterlicher Kanonist, wird auch in dem handschr. Comm. zu den Decr. Greg. und zwar mit einer Schrift de solucione genannt. An unsrer St. folgt ein zusammenhangloses Citat aus Odardus. — [10]) vgl. Einl: S. 13. — [11]) c. 2. in VI°. 2, 14. — [12]) Joh: XII; can. 88. C. I. qu. 1; c. 3. C. XIX. qu. 1; c. 27. in VI°. 1, 6. — [13]) ps. 108. Vulg: = ps. 109, 8. 11. — [14]) c. 29. X. 3, 38; c. 10. X. 3, 49. —

sunt cesaris, cesari et que sunt dei, deo.[15]) Sint igitur clerici peramplius erga prelatos suos tales, quales volunt sibi subditos esse erga se. Nam qui scit se aliquibus esse prepositum, non molestum ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedienciam, quam exigit, et ipse dependat. Alias frustra petit debitum, qui quod debet, non impendit.[16]) Nec habent se tales excusare propter paupertatem, quia plures ex dominis meis sciunt, quod erga obedientes et benivolos benivolus extiti ita, ut secure et bona consciencia dicere possum illud, quod dicit apostolus II. ad Cor. XII: Ego ipse non gravavi vos, et ad lineam iam verum est, quod ibi ad lineam sequitur: Ecce hic tercio paratus sum venire ad vos et non ero vobis gravis. Isti vero, qui parvi pendentes censuram ecclesiasticam in contemptum clavium celebrant, non perpendunt nec ponderant graves penas talibus a iure inflictas, quia iurisdiccione privati sunt, si quam habent; ineligibiles sunt, quod eciam verum est de celebrante in minori excommunicacione; irregulares et deponendi sunt. Excommunicatus enim maiori excommunicacione sive a iure sive ab homine, scienter durante excommunicacione celebrans, semper efficitur irregularis et deponendus est.[17]) Et si irregulares, eciam iam a iure officio privati sunt, quare beneficio convenienter privandi (non) sunt, cum beneficium datur propter officium.[18]) — Tercio multi peccaverunt et peccant in hoc, quod propria auctoritate, dicam pocius temeritate intromittunt se seu usurpant vel permutant beneficia, vel per potenciam laycalem intruduntur in ipsis. Domini, isti non attendunt, quod Christus tales nominat fures et latrones, cum dicit: qui non intrat per hostium in ovile ovium, sed descendit aliunde, ille fur est et latro. Et fur non venit, nisi ut furetur et mactet et perdat. Joh: X. Quod tales sunt fures et latrones, probatur sic: furtum committit, qui rem alienam invito domino contrectat.[19]) Sed illi, qui propria auctoritate, sed pocius temeritate se intromittunt de beneficiis seu per potenciam laycalem intruduntur, faciunt hoc invito domino, dicamus Christo seu eius vicario, scilicet prelato habente auctoritatem instituendi. Et quia tales peccant contra plures, pluribus penis puniri debent. Primo namque peccant contra legem divinam, puta contra ewangelium, ut supra Joh: X., eciam perdunt animam et non solum animam propriam, sed eciam, quia sic propria auctoritate ministrant ecclesiastica sacramenta, faciunt hoc in dispendium salutis animarum multarum, quia cum cura talium beneficiorum et ecclesiarum ipso iure ad eos nullatenus pertinet nec eis est commissa, eedem anime per eos miserabiter decipiuntur: et est racio, quia cum non sunt ipsorum prelati seu rectores, non possunt illas animas solvere vel ligare[20]). Secundo tales peccant contra legem canonicam seu ius

[15]) Mt. XXII; Mrc. XII; c. 4. 5. C. XXIII. qu. 1. — [16]) c. 7. D. XCV; c. 6. D. XXIII; c. 7. C. XXVIII. qu. 1. — [17]) c. 18. X. 5, 31; c. 10. X. 5, 27; c. 5. 6. C. XI. qu. 3; c. 1. in VI°. 2, 14; c. 1. in VI°. 5, 11. Irregularität ist der körperliche oder sittliche Mangel, der die Weihe hindert und wenn die Ordination schon erworben ist, rechtliche Nachtheile herbeiführt. Richter a. a. O. § 93. S. 169. — [18]) c. 4. X. 5, 27; c. 3. Cl: 5, 8. Das non, das die Hdschr. gibt, scheint gestrichen werden zu müssen. — [19]) c. 113. C. I. qu. 1; c. 12. C. XXIII. qu. 4; c. 21. X. 3, 38; Inst: IV. 1. § 6. — [20]) c. 54. X. 1, 6; c. 3. D. VI. de poen:; c. 12. X. 5, 38. —

positivum, sed secundum illud debent excommunicari et deponi, quia clericus, qui ecclesiam per laycos sine proprii episcopi auctoritate recepit, communione privetur, et si perstiterit, a ministerio ecclesiastico et ordine deponatur.[21]) Tercio tales peccant contra legem dyocesanam, intelligo statuta synodalia, unde a talibus exigi debet pena statutorum, scilicet quinque marcarum.*) Eciam videtis, quanto lex procedit a maiore, tanto maior pena contravenienti imponitur: quia secundum legem divinam isti privantur vita eterna, secundum legem positivam privantur officio et ordine ecclesiastico, secundum legem vero dyocesanam privantur ere: primo anima, secundo honore et fama, tercio pecunia. Preterea isti, qui benificia ipsorum permutant propria auctoritate sicut vile mancipium vel sicut asinum pro equo vel domum pro agro, non attendunt, quod Turonense concilium interdicit commutacionem beneficiorum, et permutacio beneficiorum de iure fieri non debet, presertim paccione premissa, que circa spiritualia vel spiritualibus adnexa semper continet labem symonie, nisi fiat auctoritate superiorum, quia tunc admittitur, et illi, qui sine auctoritate superiorum permutant beneficia, eis spoliandi sunt.[22]) Ut ergo simplices quosque saltem in aliquo instruam, practica sit, quod cum aliqui volunt ipsorum beneficia ad invicem permutare, quod habito consensu patroni veniant simul per se vel per procuratorem ad prelatum habentem auctoritatem instituendi, et ille recepta resignacione utriusque beneficiorum suorum personas transferat de loco ad locum, ut qui uni loco minus fuerit utilis, alibi valeat utilius se exercere:[23]) non autem sic, sicut communiter consuevistis facere renunciacione ad manus laycorum, quia talis renunciacio facta in manus layci, licet teneat quoad renunciantem, non tamen tenet quoad prelatum et ecclesiam.[23]) Et certo in eo videre ista sunt satis gravia crimina et omni reformacione et correccione dignissima, nam hic salus anime non unius tantum, sed plurimorum periclitatur, hic irregularitas et deposicionis ab officio et beneficio penalitas incurritur, ut satis supra dictum est: que bene crimina dicuntur.[23]) Et quia in istis multi non solum sunt suspecti, sed eciam adeo notarie infecti, quod nulla tergiversacione celari posset: quare, domini venerandi, rogo quatenus vos qui sive ex malicia, quod tamen non spero, sive ex simplicitate, que tamen in hoc mala est, sive ex iuris ignorancia, que utique in hoc vos non excusat, culpabiles in istis et in aliquo istorum hucusque fuistis, emendetis vos. Nam hanc exhortacionem idcirco premisi, ut contra hos, quos rebelles, negligentes vel delinquentes deinceps in istis vel in aliquo ipsorum invenero, duriori cohortacione discipline procedam. Tantum de secundo.

III. Quantum ad tercium principale de singulari cuiuslibet beneficiati examinacione, sciendum quod visitator aut wult simpliciter visitare et tunc simpliciter et nude nullo iuramento premisso et absque exaccione alicuius iuramenti querat de vita, moribus et

[21]) c. 11. 12. C. XVI. qu. 7; c. 4. X. 1, 9; c. 11. X. 3, 38. — [22]) c. 8. X. 3, 5; c. 5. 8. X. 3, 19. — [23]) c. 5. X. 3, 19; c. 8. X. 1, 9; c. 3. D. XXV. — *) vgl. Einl. S. 19. Anm. 27.

conversacione ministrancium in ecclesiis et de aliis, si placet, infra positis, sigillatim et secrete.[24]) Si vero wult non simpliciter visitare, sed cum hoc inquisicionem generalem facere, que alias dicitur preparatoria, de statu ecclesie, tam in capite quam in membris inquirendo, tunc iurent clerici.[25]) . . . . Forma autem iuramenti est hec: Ego N. iuro, quod de omnibus, que scio vel credo in mea ecclesia reformanda tam in capite quam in membris, exceptis occultis criminibus, meram et plenam dicam vobis domino visitatori et inquisitori veritatem, sive fuero interrogatus sive non, et quod ad interrogata veritatem respondebo: sic me deus adiuvet etc. Et si obicitur per clericos, quod non meminerint se sic sic visitatos nec esse in memoria hominum, replicabitur, quod contra visitacionem sicut nec contra procuracionem, que visitacionis racione debetur, prescribi potest.[26]) De hiis, que subiecta sunt oculis visitatoris, non habet necesse interrogare vel inquirere, sicut de debita vel indebita clericali tonsura, vestium licitorum vel illicitorum quantum ad colorem et ad nimie brevitatis vel longitudinis delacionem videat per se et corrigat. — Inquisiciones: Primo ergo querat visitator de nomine beneficiati, deinde de tytulo beneficii, deinde de patrono vel collatore, deinde an preterito anno supra continue solverit procuracionem et alia iura episcopalia domino Brand: aut ecclesia synodalia archidiacono seu preposito suo et quantum vel cui vel quibus.[27]) Extunc querat, an clericus visitandus habeat proprium beneficium vel commendatum. Si commendatum, cuius auctoritate habeat in commenda vel quis dederat sibi auctoritatem ministrandi ibi sacramenta vel alium accessum altaris aut regimen beneficii et cuius auctoritate verus rector sit absens et non resideat in beneficio.[28]) Si vero habeat proprium, querat de tytulo sive institucione. Item si habet plura, an compatibilia vel non compatibilia; si sunt compatibilia, doceat cuiuslibet institucione, si incompatibilia, prefigatur sibi tempus secundum locorum distanciam moderandum, infra quod compellatur dispensacionem desuper exhibere.[28]) Item si habeat plura compatibilia, queratur, an ea solus officiet; si solus, queratur cuius licencia, cum sacerdos non debet nisi unam missam de die celebrare.[29]) Si dicit se habere substitutos vel capellanos, querat, qui sunt et an sint noti in dyocesi Brand:, si de licencia

[24]) c. 1. in VI°. 3, 20. — [25]) In dem hier unterdrückten Stücke reiht Stefan die nachher in der Eidesformel zusammengefassten Bestandtheile einzeln an einander nach c. 17. 18. 20. 24. X. 5, 1. — Uebrigens möge zur Ergänzung der Einleitung hier wenigstens angedeutet werden, dass der Vikar in diesem dritten Theile seiner Schrift nicht nur ein Programm der eignen Visitation aufstellt, sondern zugleich eine Visitationsordnung, nach der auch andre Visitatoren ihr Verfahren regeln könnten. Deshalb wol die reichliche Begründung durch Gesetzesstellen. — [26]) prescribere = Widerspruch erheben. c. 16. X. 2, 26. — [27]) c. 6. in VI°. 1, 16. An unsrer St. steht diese Frage in allgemeiner Fassung und kehrt dann mit Beziehung auf Brandenburg nochmals wieder. Da aber das Allgemeine in das Besondere aufgenommen ist, so schien es entbehrlich. — Synodalia sind die Abgaben, die dem Archidiakonus auf der jährlichen Synode von den Pfarren gezahlt wurden; im weiteren Sinne begreifen sie auch das pröpstliche ius spolii, kraft dessen der Propst bestimmte beste Stücke aus dem Nachlass verstorbener Geistlichen erhielt; diese partikularrechtliche Bestimmung galt in der Provinz des Erzbistums Magdeburg. — [28]) X. 3, 4. 3, 7 per totum; c. 3. in VI°. 1, 16; compatibilia oder verträglich waren zwei Beneficien in einer Hand, wenn die Seelsorge nicht beeinträchtigt wurde. Genaueres bestimmte hierüber das Tridentinum. —

dyocesani vel sui vicarii vel officialis, quia clerici peregrini sine literis commendaticiis recipi non debent.[29]) Item queratur, an altaria sint consecrata vel ne. Si vero fuerit beneficium curatum, non tamen ecclesia kathedralis, regularis vel collegiata, sed simplex parochialis, queratur, an debite celebretur ibi divinum officium diurnum et nocturnum.[30]) Item queratur, an in ipsa ecclesia mos ecclesie dyocesane, scilicet Brand: vel metropolitane, quod debet fieri, in divinis observetur.[30]) Item an teneant ecclesias, cimiteria et eukaristiam, extremam unccionem, reliquias et alia huiusmodi munde et caute sub debita custodia et clausura.[31]) Item qualiter baptysant vel penitencias iniungunt, et an hec facienda prompti sunt vel negligentes, et an ob hoc sine baptismo vel penitencia aliqui decesserunt.[31]) Item an scit vel credit vel fama sit aliquem esse in civitate vel dyocesi hereticum vel suspectum de heresi vel conventiculas per tales fieri, vel an scit domum predictum vel antrum vel locum ubi conveniant. Item an scit vel credit vel fama est aliquem esse receptatorem vel fautorem, credentem vel defensorem vel laudatorem vel vice eorum ministrantem eis, que ad victum vel vestitum et alia necessaria.[32]) Item an scit sqq. aliquem esse qui consuevit questores seu eleemosinarum petitores[33]) sine literis domini pape prius examinatis per dominum Brand: vel suum vicarium, vel alias sine literis patentibus eiusdem domini Brand: admittere.[33]) Item an scit sqq. aliquem esse plebanum, qui consuevit ipsos fratres mendicantes admittere sine literis presentacionis et admissionis domini Brand: vel sui vicarii.[33]) Item an scit sqq. aliquos esse symoniacos, periuros, dilapidatores.[34]) Item querat an edificia dotis sint integra vel collapsa. Item an sit debitis obligatus et ad quantum se extendunt debita et ex quibus causis et quibus sit obligatus.[34]) . . . . . Item an scit sqq. aliquem sentenciis excommunicacionis vel suspensionis ligatum divina officia celebrasse vel ipsis sic interfuisse, vel aliquem sacramenta sic ligato ministrasse.[35]) Item an scit sqq. aliquem esse qui non proponat publica edicta seu proclamaciones, quando inter aliquos parochiales suos sint matrimonia contrahenda, ut si qui voluerint vel valuerint legitimum impedimentum opponere, quod infra terminum conpetentem veniant. Item an scit, credit vel fama est aliquem esse qui interesse consuevit huiusmodi clandestinis desponsacionibus.[36]) Item an scit sqq. aliquem esse qui copulat alibi quam in facie ecclesie, ut puta qui non in cimiterio vel infra ambitum ecclesie vel in ecclesia copularet. Item an scit sqq. aliquos esse inobedientes et rebelles prelatis suis, mandata eorum non debite

[29]) c. 53. D. I. de cons.; c. 3. X. 3, 41; c. 1. 2. D. XCVIII; X. 1, 22 per totum. — [30]) c. 1. Cl: 3, 14; c. 1. 9. X. 3, 41; c. 13. D. XII; c. 31. D. II. de cons. — [31]) c. 11. X. 3, 41; c. 1. 2. X. 3, 44; c. 1. X. 3, 42. c. 1. D. V; c. 3. X. 1. 24; c. 5. 98. D. IV. de cons.; c. 16. X. 5, 38; c. 12. 13. D. XXVI. qu. 6. — [32]) c. 13. § 6. c. 11. 12. X. 5, 7; Cod: I. 1, 1. 3, 15. 5, 3—6; c. 7. C. XXXV. qu. 6. — [33]) c. 14. X. 5, 38; c. 2. Cl: 5, 9; c. 2. Cl: 3, 7. — Questores sqq. sind die mit der Predigt des Ablasses und der Einsammlung der Ablassgelder beauftragten päpstlichen Commissarien. vgl. Richter a. a. O. §. 244 S. 487. — [34]) Hier folgt die oben mitgetheilte Frage über die Abgaben an den Bischof u. s. w. — c. 31. X. 5, 3; c. 22. X. 2, 27; c. 2. C. X. qu. 2; c. 4. X. 3, 22; c. 1. X. 3, 23. — Dilapidatores a. d. St. sind Verschwender des Eignen, unten werden dieselben in Beziehung auf Kirchengüter genannt. — [35]) c. 5. 6. C. XI. qu. 3; c. 1. in VI°. 2, 14. 5, 11. — [36]) c. 3. X. 4, 3. —

exequentes nec statuta eorum servantes aut hiis similia facientes.[37]) Item an habeant statuta synodalia. Item an habeant sigillum. Item an scit sqq. aliquem clericum concubinam habere vel ei cohabitare vel eam suis expensis in domo vel extra tenere vel ad aliquam accedere vel ad se venire, vel cum aliqua suspecta consorcium vel colloquium habere.[38]) Item an scit sqq. aliquem esse aleatorem vel lusorem ad taxillos.[39]) Item an scit sqq. blasfemium.[40]) Item an scit sqq. aliquem esse coniuratorem vel conspiratorem et maxime contra prelatos.[41]) Item an scit sqq. aliquem esse alienatorem rei ecclesiastice. Item an scit sqq. esse dilapidatorem et male administrantem res ecclesiasticas vel consumentem vel male dispensantem.[42]) Item an scit sqq. aliquos esse qui immisceant se secularibus negociis, ut puta qui negociantur vel qui essent mercantes vel usurarii, qui emerent, ut carnis venderent, vel qui differunt precium ad tempus, ut magis reciperent.[43]) Item an scit sqq. aliquem esse clericum percussorem, litigiosum et rixosum.[44]) Item an scit aliquem esse fideiussorem, qui fideiussit pro aliis ecclesiam de pactacionibus suorum parochianorum.[45]) Item an scit sqq. aliquem esse qui ornamenta seu instrumenta ecclesiastica pignori obligat.[45]) Item an scit sqq. aliquem esse clericum insistentem venacioni clamorose sive cum canibus etc.[45]) Item si quis semel ad minus non fecit confessionem suam vel celebrat in septimana, ut in statutis synodalibus.[45]) Item si quis sit, qui se intromisit de casibus a iure vel consuetudine domino Brand: reservatis.[46]) Item si quis auctoritatem det vel licenciam in cimiterio vel ecclesia sepeliendi aliquem, cui de iure fuit interdicta ecclesiastica sepultura, ut puta, qui sine ecclesiasticis decessit sacramentis vel in casibus notatis.[46]) Item an servarit statuta provincialia et synodalia.[46]) Item generaliter an scit sqq. aliquem in clero in spiritualibus vel temporalibus correccione vel reformacione indigere.[46]) — Si vero fuerit ecclesia kathedralis vel collecta vel conventualis, queratur, an clerici eius sint assidui in divinis officiis. Item an surgant ad matutinum horis conpetentibus. Item an intrant chorum honeste cum cappis vel sine cappis et tamen cum superpellicio. Item an dormiunt in uno dormitorio. Item an comedunt in communi mensa.[46]) Item an ecclesia vel monasterium sit debitis obligatum.[47]) . . . . . Utile

[37]) X. 1, 33 per totum. — [38]) c. 1—4. X. 3, 2; Cod: I. 3, 19 auth.; c. 18. D. XXXII; c. 25. D. LXXXI. — [39]) c. 15. X. 3, 1; c. 1. X. 3. 50; Cod: I. 3. 17. auth. — [40]) c. 2. X. 5, 26; c. 3. D. XXV; c. 6. D. XXI; c. 10. 11. C. XXIV. qu. 3. — [41]) c. 21. 22. C. XI. qu. 1; c. 22. X. 2, 27; c. 19. X. 2, 1. — [42]) c. 18. 19. C. XII. qu. 2; c. 6. X. 3, 13; c. 13. D. XXVIII; c. 31. X. 5, 3; c. 9. C. III. qu. 2; c. 27. X. 5, 1. — [43]) c. 1. X. 3, 50; c. 6. X. 5, 19. — [44]) c. 29. C. XI. qu. 1; D. XLV. per totum. — [45]) c. 29. C. XI. qu. 1; c. 1. X. 3, 22. — c. 1. X. 3, 21. — c. 1. 2. X. 5, 24. — Stat: syn: a. 1380. c. V. (G. c. 4.) — [46]) c. 2. in VI°. 5, 10. — c. 11. X. 3, 28. — c. 17. X, 5, 1. — c. 9. X. 3. 1. — [48]) Hier schliesst sich eine Inquisition der Nonnenklöster an, welche, mit Ausschluss der schon aus dem Vorangegangenen bekannten Fragen über Vermögensverhältnisse u. dergl., so lautet: Si vero fuerit monasterium monialium, queratur de istis, ad quam regulam sint institute. Item an eam omnes expresse sint professe. Item an debitam servent obedienciam. Item an ea, que sibi ab amicis vel aliis dantur, teneant ad obedienciam abbatisse vel priorisse. Item an in debitis locis et horis silencium servent. Item an omnes in sancto refectorio comedant. Item an eis ad mensam vel collacionem legatur. Item an omnes in dormitorio simul dormiant. Item an in dormitorio de nocte lampadem ardentem habeant. Item an officium diurnum et nocturnum horis conpetentibus celebrent. Item an ad ipsum

videtur, quod visitatores prescribant nomina singularium ecclesiarum cuiuslibet terretorii specialiter et numerum altarium (et) altaristarum cuiuslibet ecclesie, designando ipsa altaria per nomina sanctorum, in quorum sunt honore consecrata.

III.

Brandenburger

Synodal-Statuten aus den J. 1435. 1436.

(Aus einer Handschrift der Bibliothek der Ritter-Akademie. vgl: Einl: S. 18.)[1].

Mandat dominus Brandeburgensis omnibus et singulis ecclesiarum Prelatis, Canonicis, Rectoribus nec non sacerdotibus et clericis beneficiatis quibuscunque, Quatenus ante incepcionem quarumcunque horarum Salutacionem integraliter cum Jehsus Christus premittere non obmittant et in fine misse Recordare dixerint de hoc incolis, ac indulgencias ad illud largissime concessas recepturi.

Preterea mandat idem dominus Brnd: omnium ecclesiarum prelatis etc., Quatenus quatuor ewangelistarum et quatuor ecclesie doctorum, videlicet Gregorii, Ambrosii, Augustini et Jeronimi festa et cuiuslibet illorum sub duplici festo in choro et ecclesia duntaxat, ne populus grauetur, cum pulsu et cantu sollempnant et celebrent. Et quod rectores scolarium cum suis scolaribus officia diuina in eiusdem festiuitatibus, prout in festis apostolicis fieri consuevit, omni anno perpetuis temporibus decantari (decantare) debebunt. Idem omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui in festo Thome de Aquino diuinis officiis, capellis siue oratoriis in dyocesi Brnd: situatis interfuerint, missam de sancto Thome audierint siue celebrauerint, oblacionem ad altare detulerint aut sanctum monasterium, vbi fuerit, introierit, quociescunque talia fecerint, XL. dies indulgenciarum indulsit et concessit, exhortans nichilominus rectores ecclesiarum et ministros scholasticos et scolarium

omnes communiter veniant. Item queratur media (?) vita etc. Item an bene et continue vestem deferant regularem. Item an ieiunia ecclesie et regule debite observent. Item quot officia inter se habeant et que sint illa et quantum ad quodlibet officium pertinet. Item quomodo quelibet officialis suum officium regat. Item quot sunt moniales preter officiales. Item an possint de bonis monasterii conpetenter sustentari. Item an propositus ab eis vocatus benivole veniat. Item an prepositus vel abbatissa vel priorissa aliquas sine licencia episcopi exire permittat. Item an prepositus eis conputet questiones et quando. Item an abbatissa vel priorissa officium suum debite exerceat. Item an aliis bonum exemplum prebeat. Item an corrigenda corrigat. Item an extrinsecus et intrinsecus clausuris debite habeantur. Item an aliqua sola vadat ad fenestram. Item an aliqua cum personis extraneis in claustro vel ad fenestram confabulaciones habeat. Item de hospitis viris in monasterio.

[1]) Der Text der Hdschr. ist an einigen St. verderbt. Die Fehler des Ms., die den Sinn zu stören schienen, sind parenthetisch verbessert.

rectores, eisdem inremissionem peccaminum iniungens, ut dictam festiuitatem cum pulsu et cantu aliisque sollempnitatibus saltem dominicaliter peragere non postponant. Item mandat amodo omnia festa IX leccionum occurrencia infra octauas corporis Christi propter indulgencias differantur in vacantes ferias post octauas preter festum Johannis baptiste, quod non potest congrue mutari. Idem dominus Brand: infra scriptos articulos in publica synodo per ipsum pridie ydus mensis Junii, que erat dominica dies sancte trinitatis, anno domini M°CCCC°XXXV° celebrata legi iussit et publicari ac districcius eosdem mandat obseruari. Item mandat eidem (idem) dominus Brnd: ut constitucio domini Martini pape quinti de festo corporis Christi sepius animabus fidelium inculcetur, maxime cum portatur ipsum corpus Christi ad infirmos, ut tunc luminaria ante et post, et cetera que in ipsa constitucione continentur, et de constitucione domini Eugenii moderni, qui pariformiter totidem addidit quot et Martinus. Item mandat dominus omnibus et singulis sue dyocesis plebanis et altaribus (altarium) rectoribus, ut infra hinc et festum Martini proximum ipsorum ecclesias et altaria non consecratas, quantum de eis est, procurent consecrari. Alioquin dicto termino decurso omnia et singula indulta celebrando in portatibus[2]) et tabulis consecratis ipsis quomodolibet per ipsum aut suos vicarios concessa reuocat per presentes, nisi eciam essent per (pro) principibus et nobilibus castrensibus uel pro infirmis concessa graciose. Item ne interminarios aliquos de ordine mendicancium admittant nisi eiusdem[3]) . . . . . visis patentibus literis et easdem formaliter seruat, alioquin eos (eas) extunc reuocat et esse reuocata dicunt per presentes. Item ne aliquis aliquem excommunicatum, suspensum uel interdictum ab ipso aut suis iudicibus absoluere presumat aut absolutum publicet uel eciam aliquem excommunicatum denuncciat, nisi visis patentibus literis mandatorum. Item ne aliquis ad celebrandam aliquem suam primam missam in ecclesia sua admittet uel capellanum extraneum recipiet nisi visis formatis suis et literis commendaticiis approbatis. Item diuinorum rectores diligenter pronunccient festum Marcij et aliorum ewangelistarum nec non quatuor principalium doctorum tanquam apostolica iuxta eiusdem domini Brand: dudum decreta et processus in visitacione publicatos. Item ut quilibet plebanus habeat proprium sigillum ad exequenda mandata iudicis sub excommunicacionis pena. Item ne aliquis sacerdotum, infirmum cum viatico visitans, calopedatus incedat propter periculum imminendum (imminens). Item ne aliquis sacerdotum in diuinis officiis incedat. Item quilibet plebanorum in loco murato constitutus habeat statuta prouincialia et synodalia, aliorum vero locorum plebanum synodalia ad minus. Item quod nullus ad aliquam (ecclesiam) locatus (aut) accessu altaris se intromittat, nisi prius per literas domini aut sui vicarii sit canonice institutus. Item ne aliquis divinum officium, presertim missam in sua ecclesia in cantu syncopet aut sincopari permittat, nisi fuerit multitudo offertorium attendens, extunc post offertorium

[2]) portat:=tragbare Altäre — [3]) Die Hdschr. gibt rene oder reue pris, das erste Wort ohne irgend ein Abkürzungszeichen, das andere mit einer Bogenlinie versehen (regule prius?).

decantatur responsorium aut aliud cum deuocione. Item ne quis de casibus episcopalibus sine ipsius domini aut sui vicarii licencia speciali se intromittat. Contrafacientes trium dierum canonica monicione premissa excommunicat in hiis scriptis. Item mandat omnibus presentibus, ut quilibet representet se collatori sue sedis et se per eundem inscribi faciet, ne tanquam contumax habeatur. Qui vero sunt procuratores illorum, quibus hoc specialiter est indultum, dimittant mandata sua apud collatores eosdem.

Stephanus dei et apostolice sedis gracia episcopus Brandeburgensis Vniuerso clero per nostras ciuitates et dyocesin Brand: vbilibet constitutis Salutem in domino sempiternam Attendentes deuocionem summorum pontificum bone memorie Vrbani pape quarti ac Martini quinti nec non sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Eugenii quarti pape moderni, quam circa diuinissimum preciosissimi corporis et sanguinis domini nostri Jehsu Christi habuerant et habent, Vobis eorundem decreta et mandata et indulgenciarum literas presentibus intimamus, quas hic pro insertis haberi volumus. Mandamus in virtute sancte obediencie, quatenus ad earundem fidelem execucionem procedatis et vestris subditis, ut et ipsi easdem fideliter exequantur, mandare et efficere velitis. Et quia, ut veri simile presumendum est, in multis locis multi deuocione predictorum pontificum accensi libenter participes dictarum Indulgenciarum efficerentur, si diuina officia hore nocturne videlicet et diurne in locis, vbi moram trahunt, celebrentur: Proinde exhortamur et per viscera misericordie dei et eiusdem domini nostri Jehsu Christi obsecramus et statuimus, quod et unanimi nostrorum prelatorum voluntate et consensu ordinauimus, quatenus in locis muratis et vbi vicarii uel altarium rectores cum plebanis sunt, ad horarum earundem conplecionem, signo tamen pulsu ad hoc premisso, ipsi diuinorum rectores cum vicariis conueniant et easdem pariter in ecclesiis cum deuocione decantant et persoluant. In locis vero aliis, vbi sacerdos tantum cum scolare est, ad minus matutine, misse et vespere cum conpletorio decantentur. Ceteras horas in ecclesiis cum deuocione solus presbyter uel cum scolare persoluat, ut sic non solum ipsi clerici, sed ipsi deuoti layci ipsarum indulgenciarum participes effici mereantur. Vobis enim omnibus clericis, qui ut premittitur horas in ecclesiis persoluunt, ad matutinas tantum tres psalmos cum suis antiphoniis et tribus leccionibus et laudibus matutinis singulis octauarum diebus dicere possunt, tenore presencium fundabiliter indulgemus nec ad nocturnum solito more dicere teneantur, ipsa die corporis Christi et dominica infra octauas et ipsa octaua vtique excepta. Volumus eciam et ordinamus, quod omnia festa novem leccionum infra octauas ipsas occurrencia vsque post octauas congruis diebus differantur, de festis vero trium leccionum fiat mencio in vesperis et matutinis cum antiphoniis et collectis. Ceterum in locis, vbi sunt scolares, rogamus et exhortamur, vt et ipsi scolarium rectores ad salutem animarum suarum et suorum scolarium attendant singulis diebus octauarum saltem ad minus matutinas, missam

et vesperas cum suis scolaribus uel cum aliquibus, vbi multitudo scolarium est, deuote decantant nec estimant se idem tempus ociose pertransire et invtiliter perdere, sed pocius attendant et firmiter credant, quod idem Spiritus, cuius misterio panis et vinum in corpus et sanguinem Jehsu Christi transformatur, eosdem vnxione sua inuisibili de omnibus eos docere potest, vicissitudine congrua, si illud cum deuocione exorauerint, talem ipsis laborem reconpensando. Datum Brandeburgi in publica synodo ipsa die trinitatis per nos celebrata anno domini M°CCCC°XXXVI°. Item mandat idem dominus Brand: et seriosius exhortatur omnes et singulos plebanos saltem in locis muratis, vbi scole sunt constitute, diligenter admoneri (admonere) et exhortari eorum parrochianos vtriusque sexus tam in sermonibus quam in confessionibus, ut seruent decretalem ex consilio Maticen: (de vi. et ho., ut qusq. psbr.[4]), videlicet quod eorum (iidem) libros scolasticos manticipent (mancipent) discipulis, ut oracionem dominicam et salutacionem angelicam cum symbalo apostolorum pertinenter discant et fidem in wulgari discendo ad ecclesiam secum recipiant tempore conpetenti. Mandat idem dominus Brnd: articulos infra scriptos sub pena synodali firmiter observare. Primo quod nullus faciat suam ecclesiam sensualem aut antiquam pensionem augeat nec beneficium aliquod a patronis per se uel alium sub pacto recipiat sub pena contra tales a iure promulgata. Item quod quilibet clericus, presertim curatus suis familiaribus vtriusque sexus precium conuencionis eorundem in termino, ad quod fecerunt se conuenire, persoluat, quod si familiares ipsi sic non solui procurauerint, successor conducentis ad id soluendum minime sit astrictus. Item quod nullus ecclesie sue libros ad domum propriam uel alium locum recipiat pro horis legendis, ne per negligenciam amittantur vel alias, prout sepius visum est, defedantur. Item quod quisque hic presencium domino nostro Brand: aut suis officialibus intimet et reuelet, si inter parrochianos suos fuerint publice symoniace prauitates, contractos (contractus) usurarii, publica adulteria, concubinatos (-tus), sacrilegia, diuinaciones et cantaciones, supersticiones aut aliqua alia figmenta dyabolica, que gregem dominicam et dyocesin inficere possent, super quo conscienciam vniuscuiusque in domino exhonerant, nam hoc decretum consilii Basiliensis aperte videtur demandare. Item ne christifidelium circa continuum et familiarem corporis domini nostri Jehsu Christi aspectum tepescat deuocio, mandat, quod capsule in ecclesiis pro deposicione eiusdem sacramenti condite raro uel saltem bis in ebdomada et non amplius reseratur, nisi missa de hoc sacramento contingerit decantari, dempto tamen festo corporis et eius octaua. Item (ne) in dyocesi Brandeburgensi beneficiati, vnus contra alterum vtatur Karolina[5]) sine speciali domini nostri

[4]) cap. 3. X. de vita et honestate clericorum III, 1. ex concilio Matisconensi: Ut quisque Presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui possit tenere scholas et admonere suos paroecianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat. (pag. 357.)

[5]) Das im Ms. fehlende ne ist unzweifelhaft zu ergänzen. — Unter der Karolina, deren Anwendung hier verboten wird, kann offenbar nicht die nach Karl V. benannte Constitutio Criminalis verstanden werden, sie erhielt zuerst im J. 1507 eine lokale Gesetzeskraft. Es muss ein früherer Entwurf einer peinlichen Gerichtsordnung, durch welche die klerikalen Privilegien gekränkt wurden, im XV. Jahrh. unter gleichem Namen in Geltung gewesen sein.

licencia et consensu: contrafacientes ad mensem ab ingressu ecclesie suspendit in hiis scriptis. Item vbi periculum magis vertitur, ibi caucius videtur agendum. Mandat predictus dominus Brand:, ut confessores in qualitates peccatorum sciant distincciones, que sint venalia, que mortalia, propter (que) episcopus auctoritatem suam hoc casu habens sit consulendus, prout hec in statutis synodalibus plurime continentur, ne ligarent quod debent relaxare. Item quod multi errores circa festiuitatum celebraciones committuntur, mandat, ut curatus debite sciat differenciam inter festa per integrum diem et usque ad meridiem celebranda, prout hec in statutis synodalibus aperte collocantur. Item ne quis curatus in baptisterio non consecrato baptiset aut vbi attenus baptisteria erecta non fuerunt, noua erigat sine dicti domini nostri licencia speciali. Item innouat statutum alias anno elapso promulgatum, videlicet ne quis in altari portabili sub tabula consecrata in ecclesia sua celebret, nisi supra indultum anno presenti obtinuisset speciale. Item quod nullus alteri det licenciam abessendi a synodo, cuiuscunque eciam fuerit status siue preeminencie sine nostro scitu et speciali voluntate. Item quod quilibet saltem curatus huiusmodi statuta et statuenda singulis annis apud alia synodalia statuta conscribat eaque suo in spiritualibus vicario tempore visitacionis exhibeat oculatim, si penam ob hoc condignam voluerit euitare. Item quod presentes in synodo nomina sua scribi faciant et qui procuratores sunt aliorum absencium, procuracionis mandatum eidem domino nostro aut nobis presentent, alioquin absentes contumaces reputant (reputantur) in hiis scriptis. Item omnibus hic presentibus XL dies indulgenciarum de iniunctis sibi penitenciis in domino misericorditer relaxat. Item indulgeat presentibus per se aut per sufficientes procuratores, ut alter alterum in casibus eidem domino nostro reseruatis usque ad proximam synodum absoluere possit, contumacibus vero nichil.

Reuerendus in Christo et dominus dominus Stephanus episcopus Brandeburgensis in uirtute salutaris obediencie sub pena synodali irremissibiliter persoluenda districcius inhibet, ne aliquis sue dyocesis clericus uel laycus alium eiusdem dyocesis clericum uel laycum quacunque auctoritate extra dyocesin suam trahat, citet aut citari procurat, quia ipse per se aut suos officiales vnicuique de altero querulanti paratus est plenam iusticiam ministrare.

Berichtigung.

S. 20. Z. 20. ist statt Sexti u. s. w. zu lesen: c. 28. X. de praeb. III, 5.